Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Leo papa: sermones de quadragesima

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

enim qui debitorē ſuum. hoc quod delit
rep&it aliquid iniuſte facit. ſed dig
num eſt ut quiſquis ſe in penitentia
macerat. & iā hoc ſibi. quod iuſte cōpetit
in ſe dicat; ſi et ſic nob afflictis & peni
tentib; a dō dimittit quod iniuſte egim;
ſi pe memore illius. & hoc quod nobis
iuſte compe&it. relaxemus;

ITEM DE QUADRAGESIMA
SERMO BEATI LEONIS PAPAE

Lxxiii Semp quidem nos dilectiſſimi. ſapien
ter & iuſte uiuere dec&. & in uolun
tates nr̄as actioneſque dirigere.
quo diuinę nouimus placere iuſti
tiae; ſed cū hi adpropinquant dies.
quos in luſtri_ores nobis ſalutis nr̄ę
ſacram̄ta fecerunt. diligentiore ſolli
citudine. corda mundanda ſ̄. & ſtudio
ſius exercenda eſt diſciplina uirtu
tum. ut ſicut ipſa myſteria quodā
ſui parte maiora ſup̄ ita & nr̄ā obſer
uantia super& in aliquo conſuetu
dinē ſuam. & cui feſtiuitas eſt cele
branda ſublimior. ipſe quoque in ea
reperiat ornectior; ſi enī rationabi
le. & quodam modo religioſū uid&ur.
p diem feſtū in ueſtitu nitidiore
p dire. & habitu corporali hilarita
tē mentis oſtendere. ſi ipſam quo
que orationis domum p pen ſiore
tunc cura. & ampliore cultu quantū

poſſumus adornamus. non ne dignū ē.
ut anima xp̄iſtiana quę uerū uiuum
que dī templum eſt. ſpeciem ſuā prudent
exorn&. & redemptionis ſuę cele
bratura ſacramentū. omni circūſpectio
ne precaueat. Nulla eam macu
la iniquitatis obfusc&. aut duplicis
cordis ruga dedecor&; nam quid
prodeſt honeſtatis formam prēferens
cultus exterior. ſi interiora hominis.
aliquorum ſordeant contaminatione
uitiorū; omnia igitur quę animi
puritatem. & ſpeculū mentis obnubi
lant. abſtergenda ſedulo. & quadam
elimatione radenda ſunt; Scrut&ur
quiſque conſcientiā ſuā. ſeq; ante ſe
ſtatuens. proprii cenſura iudicii uide
at. ſi in ſe cr&o cordis ſui. illā quā xp̄s
dat inuenit pacem. ſi deſideriū ſpſ.
nulla concupiſcentia carnis inpugnat
ſi humilia non ſpernit. ſi alta non ap
p&it. ſi iniquo non delectatur lucro.
ſi immoderato rerū ſuarum non gaud&
augmento. ſi denique aliena felicita
te non uritur. aut inimici miſe
riæ non lętatur; & cū harū pturbatio
num nihil in ſe forte repperer it.
ſincero diſquirat examine. qualium
cogitationū ſpecie frequent&ur.
& utrum nullis uanitatū imaginib;
adquieſcat; Nam nullis

Inlecebriſ commoueri. Nulliſ cupiditati
buſ titillari. non eſt iſtiuſ uitę. quę tota
temptatio eſt. & qua nimium uincitur.
qui uinci ab ea eadem non ueretur; sup
bū eſt enim. deñ peccandi facilitate
preſumere. cū hoc ipſum preſumpſiſſe.
peccaſſe ſit; dicente beato iohanne ap̄lo;
ſi dixerimuſ. q̄m peccatū non habemuſ.
noſ ipſoſ ſeducimuſ. & ueritaſ in nobiſ
n̄e; nemo ergo ſe fallat dilectiſſimi. nemo
decipiat; neque enim quiſquā de cor
diſ ſui puritate confidat. ut put& ſemel
liſ temptationū periculiſ ſubiacere. cū
pugil ille tēptator. acrioribȝ pulſ&
inſidiiſ. quoſ maxime uiderit abſtinē
re peccatiſ; nec a quo doloſ ſuoſ con
tineat. qui ipſū quoque dn̄i maieſta
tiſ. auſuſ eſt calliditatiſ ſuae fraude
temptare; uiderat ſupbiā ſuā humili
tate dn̄i ihū calcatā. intellex erat qua
draginta dierum ieiunio. omnem con
cupiſcentiā carniſ exclusam. & tam̄n
deſperauit de artibuſ ſuiſ. malitię ſpi
ritaliſ improbitaſ. tentū quę ſibi de
naturę nr̄ae mutabilitate pmiſit.
ut quem uerum experiebatur homi
nem. preſumer& poſſe fieri peccatorē;
ſi ergo ab ipſo dn̄o ſeductore nr̄o.
deceptionum ſuarum diabolus
non reuocauit inſidiaſ. quanto ma
giſ fragilitatē nr̄am. inpugnare pre

ſumit; quoſ ex inde uehementiore
odio. & inuidia ſeuiore perſequitur.
ex quo ei in baptiſmo renuntiauimuſ.
& ab illa eius dominabatur origine in no
uā creaturā diuina regeneratione
tranſiuimuſ; unde quia dum mortali
carne circūdamur. n̄ deſinit nobiſ
hoſtiſ antiquuſ. laqueoſ peccati ubique
pretendere. & tunc maxime aduer
ſum xp̄i membra ſeuire. quando
ab eiſ ſacratiore ſup celebranda myſ
teria. merito doctrinę ſp̄ſ ſc̄i. hac e
ruditione imbuit populū chriſtianū.
ut ad paſchale feſtum ſe per quadra
ginta dierū continentiā pparar&.
cuiuſ purificationiſ ratio. iam noſ in
uitat ad obſeruantiā ſuę ſalubritatiſ.
& diligentiā nobiſ ppoſiti caſtigatio
niſ indicit; quanto enim ſanctiuſ quiſ
que hoſ dieſ inueni&ur egiſſe. tanto
p babitur paſcha dn̄i religioſiuſ hono
raſſe; in diebȝ igitur ſc̄orū ieiuniorū.
pietatiſ opera. quibȝ ſemp ſtudendū ē
abundantiuſ exſequamur. miſeri
cordeſ ſimuſ ad omneſ. maxime aū
ad domeſticoſ fidei. ut impiſ quoqȝ
elemoſynarū diſtributionibȝ bonita
tem patriſ celeſtiſ imitemur. qui
ſolem ſuum oriri facit. ſup bonoſ
& maloſ. & pluit ſup iuſtoſ & iniuſ
toſ; quę uirgo fideliū ſit precipue

adiuuanda paupertas. & tamen illi
qui nondum euangelium receperunt.
in suo labore miserandi sunt. quia in omni
bus hominibus natura est diligenda commu
nio. quę nos & circa hos benigniores debet effi
cere. qui nobis quacumque sunt condici
one subiecti. maxime si eadem gra
tia iam renati. & eodem sanguinis
xpi pretio sunt redempti; simul enim
cum istis habemus. quod ad imagi
nem di conditi sumus. nec carnali
origine a nobis. nec spiritali nati ui
tate diuisi sunt; eodem spu sci fica
mur. eadem fide uiuimus. ad eadem
sacramenta concurrimus; non sper
natur hec unitas. nec uilis nobis sit
tanta communio. sed hoc ipsum nos per
omnia faciat mitiores. quod eorum
utimur subiectione. cum quibus uni dno
eadem subicimur seruitute; si qui
ergo horum grauioribus dominos
suos offendere delictis. indulgen
tiam nunc in diebus reconciliati
onis accipiant; auferat miseratio
seueritatem. & uenia deleat ultio
nem; nullum custodia teneat. nullum
carcer includat. quo dns nr mise
ricordię suę hac condicione permisit.
ut his remittenda sibi nos & peccata
propitie quęrimus sis & aliena; dissen
sionum materies dilectissimi & inimicitiarum
aculei conterantur; cessent odia. deficiant

simultates. in unitatem dilectionis omnia xpi
membra conueniant; beati enim pacifici.
quoniam filii di uocabuntur; nec solum filii sed &
heredes dei coheredes autem xpi dni nri. qui uiu
it & regnat in secula seculorum amen.

ITEM EIUSDEM DE QUADRAGESIMA

Praedicaturus uobis dilectissimi sacra
tissimum maximumque ieiunium. quo aptius
utar exordio quam ut uerbis apli in quo
xps loquebatur incipiam. dicamque quod
lectum est; ecce nunc tempus acceptabile.
ecce nunc dies salutis; quamuis enim nulla sint
tempora quę diuinis non sint plena
muneribus; & semper nobis ad misericordi
am dei per ipsius gratiam prestetur accessus.
nunc tamen omnium mentes maiore
studio ad spiritales profectus moueri.
& ampliore fiducia animari oportet.
quando ad uniuersa pietatis officia illi
us nos dies in quo redempti sumus recur
sus inuitat. ut excellens super omnia domi
nicę passionis sacramentum purificatis
& corporibus & animis celebremus; debe
batur quidem tantis mysteriis ita in
cessabilis deuotio. & continuata re
uerentia ut tales permaneremus in conspec
tu dei. quales nos in ipso paschali festo dig
num est inueniri; sed quia hec fortitudo pauco
rum est. & dum carnis fragilitate austerior
obseruantia relaxatur. dumque per uarias
actiones uitę huius sollicitudo disten
ditur. necesse est de mundano puluere
& iam religiosa corda sordescere. magna

diuinę institutionis salubritate prouisum ē ut
adrepa(ran)dā mentium puritatem quadra
ginta nobis dierum exercitatio medere
tur. Inquibus aliorum temporum cul
pas & piae opera redimerent & ieiunia
casta decoquerent; Ingressuri igitur
dilectissimi dies mysticos & purifican
dis animis atque corporibus sacratius
institutos praeceptis apostolicis oboedi
re curemus emundantes nos ab omni
inquinamento carnis ac spiritus ut
castigatis conluctationibus quae sunt
int utramque substantiam animus quē
sub dī gubernaculis constitutū corpo
ris sui dec& esse rectorem dominatio
nis suę obtineat dignitatē; Nemini
Insola abstinentia cibi stat nrī sūma
ieiunii aut fructuose corpori esca sub
trahitur nisi mens ab iniquitate
reuocetur & ab obtrectationibus
lingua cohibetur; Sic ergo nobis eden
di est moderanda libertas ut & aliē
cupiditates eadem lege frenent; man
suetudinis & patientię pacis & tran
quillitatis hoc tempus est in quo ex
clusa omni contaminatione uitiorū
pp&uitas nobis est obtinenda uirtu
tum; nunc piarum mentium fortitudo
donare culpas neglegere contumeli
as & obliuisci assuescat iniurias; nunc
fidelis animus per arma iustitię adextris &
exerceat & sinistris ut p gloriam & igno
bilitatem per infamiam & bonā famam
securā conscientiam nec laudes inflent
nec obprobria defatigent; non time
atur inter opera misericordię ter
renarū deminutio facultatum; semp
diues est xpiana paupertas nec pau&
inistomundo indigentia laborare cui
donatum est inomnium rerum dnō om
nia possidere; operantibus ergo quę
bona sunt non est omnino m&uendū
ne eis facultas desit operandi cū & indu
obus nummis euangelicę illius uiduę
sit laudata deuotio & pro calice aquę
frigidę praemium habeat gratuita
largitio; affectib; enim piorum
benignitatis mensura taxatur &
numquam eum miserendi efficacia
deserit inquo misericordia ipsa n
desit; experta ē hoc uidua illa de
sarepta quę beato helię intempore fa
mis unius diei cibum quem solum habe
bat apposuit & proph&ę esuriem ne
cessitati suae praeferens exiguū fa
rinę ac parvillum olei incunctanter ex
pendit; sed non defuit quod fideliter
erogauit & inuasis piae effusione
uacuatis fons nouae ubertatis exor
tus est ut sic usibus non minuer&ur
eius substantię plenitudo cuius n fu
erat formidata defectio; his ergo studiis

dilectissimi ad quę uos uoluntarie confidi
mus preparate uos; non ambigenter diabolum.
qui omnium uirtutum ē aduersarius
inuidere; & hoc uirus suae malignitatis
armare. ut per iniquitatem se quę uos de ipsa pieta
te prospendeat; & quos non potuerit deci
pere per diffidentiā; conetur superare per glo
riā; quia difficile ē. ut laudabiliter uiuen
tē laus humana non capiat; nisi ut scrip
tum est. qui gloriatur; cuius uero
ille hostis nequissimus non audeat
inpugnare propositū; cuius non appe
tat uiolare ieiunium; quando
uersutias suas. sicut euangelica lectio
ne patefactum est; nec ab ipso mun
di saluatore continuit; conspauescens
enim in eo quadraginta dierum
noctiūque ieiuniū; explorare cal
lide uoluit. utrum hanc continentiā
donatā haberet an propriam; ut non
mal& uires deceptionū suarum opera
re soluenda; si expreius esset condi
tionis. cuius & corporis; primo itaq;
dolo scrutatus est; an ipse ess& substanti
arū creator. qui rerū corporearum.
possit in quo uell& mutare naturas;
Secundo; an sub humanę carnis specie diui
nitas obumbrata gereretur; cui facile ess&
per uanū sibi aera facere. & terrena per uacuū mem
bra librare; sed cū illi dominus iustitiā maluiss& ob
ponere ueri hominis; quā potentiā manifestare

In domino glorietur;

deitatis; ad hoc conuertit tertię fraudis
ingenium; ut eum in quo diuinę potesta
tis signa cessauerant; dominandi cupidi
tate temptaret; & ad uenerationē sui regna
mundi pollicendo traduceret; sed pru
dentiā diaboli. stultā fecit sapientia dei;
ut superbus hostis hominē uidens; quem ali
quando superauerat; non m&uer& eū
persequi quē pro omnibus oportebat occi
di; huius igitur aduersarii dolos non
solum in inlecebris gulę. sed &iā in pro
posito abstinentię caueamus; qui enim
sciuit humano generi mortem inferre
per cibū; nouit & per ipsū nocere ieiunium;
& ad contrariē fraudis affectum. sicut per
serpentem intulit interdicta presumi.
ita
item per famem suadet concessa uitari; uti
lis quidem est continentia quę parco
assu & uictu. deliciarū cohib& appe
titum; sed uę illorū dogmati apud quos
&iam ieiunando peccatur; damnant
naturam
enim creaturarū in creatoris iniuriā;
& contaminari edentes asserunt his;
quorum non deum sed diabolū conditorē
esse definiunt; Resultanter dicenti
apostolo; omnia munda mundis; coinqui
natis autē & infidelibus nihil mundū;
sed inquinata sunt eorum mens &
conscientia; uos autē dilectissimi catho
licę matris sancta generatio; quos in cola
ueritatis spiritus sanctus erudiuit; libertate uitā

congrua deuotione moderamini. scienter
quia bonum est etiam licitis abstinere. et cum
castigatius uiuendum est. ita discernere
cibos. ut usus eorum se remoueat. non natura
damnetur. et a praedictorum pestifero
contagio uos remouete. ut cum christo domino
omnium creatore regnetis; LXXIIII

EIUSDEM SUPRA DE QUADRAGESIMA

Apostolica dilectissimi doctrina nos
ammonet. ut deponentes ueterem hominem
cum actibus suis. de die in diem sancta conuersa
tione renouemur; si enim templum dei
sumus. et mentium nostrarum spiritus sanctus habitator
est. dicente apostolo. uos enim estis
templum dei uiui. multa nobis uigilantia
laborandum est. ut cordis nostri recepta
culum. tanto hospite non sit indignum;
et sicut in domibus manu factis. laudabili
diligentia prouidendum est. ut si quid aut
infusione imbrium. aut turbine procella
rum. uel ipsa fuerit antiquitate corruptum.
cita in integrum cura restituat; ita iugi opor
tet sollicitudine praecaueri. ne quid in nostris
animis incompositum. ne quid inueniatur im
mundum; quamuis enim aedificium si
ne operis non subsistat artificis. nec fa
brica nostra possit esse incolumis. nisi ei
protectio praefuerit conditoris. ta
men quia rationabiles lapides sumus.
et uiua materies. sic nos auctoris nostri ex
truxit manus. ut cum opifice suo. etiam is qui repa
ratur operetur; gratiae igitur dei oboe
dientia se humana non subtrahat.
nec ab illo bono. sine quo non potest
bona esse deficiat. ac si quid sibi impossibi
le aut arduum in mandatorum effectibus
perspexerit. non in se remaneat. sed ad iubentem re
currat. qui ideo dat praeceptum. ut et excitet de
siderium. et praestet auxilium; dicente propheta. iac
ta in dominum cogitationem tuam. et ipse te enutriet;
an forte quisquam tam insolenter superbit.
et ita se inlesum. ita immaculatum esse praesumit.
ut nullius iam renouationis indigeat; falli
tur prorsus ista persuasio. et nimia uanita
te ueterescit. quisque inter temptati
ones istius uitae. ab omni se uulnere credit
immunem; plena omnia periculis. plena
sunt laqueis. incitant cupiditates. in
sidiantur inlecebrae. blandiuntur lucra.
damna deterrent. amare sunt obloquen
tium linguae. nec semper ueracia sunt ora lau
dantium; inde surgit odium. hinc decipit men
dax officium. ut facilius sit uitare discor
dem. quam declinare fallacem; in spiritalium
uirtutibus obtinendis. tam dubius modus.
et tam incerta discretio est. ut si quis quam
inter bonorum malorumque confinia subti
lissimi discriminis potuerit seruare
mensuram. difficile sit ut bene sibi con
scia probitate. obtrectantium lingua non mor
deat. et iniquorum euadat obprobria. cum
amica iustitiae; iam cum a discipulis rerum

temporalium uarietates cogitatio humana
conuertitur. quae tantae se opponunt caligi
nes. quanti prauarum opinionum oboriuntur
errores. ut de oblectu contrariorum summa
tur materia querelarum; Hoc licet om
nium fidelium corda non dubitent.
nullis mundi huius partibus. nullisque
temporibus prouidentiam abesse diuinam.
nec de stellarum potestate quae nulla est.
secularium negotiorum pendere prouentus.
sed aequissimo et clementissimo summi regis ar
bitrio cuncta disponi. quoniam sicut scriptum est.
uniuersae uiae domini misericordia et ueritas. tam
cum quaedam non secundum desideria nostra
procedunt. et sub humani errore iudicii.
superest plerumque iniqui causa quam
iusti. uicinum nimis atque contiguum est.
ut etiam magnos animos ista concutiant.
et in aliquod inlicitae causationis murmur
impellant; siquidem istis uarietatibus.
etiam excellentissimus propheta David usque ad
periculum se turbatum profitetur et dicat;
mei autem paene moti sunt pedes. paene effu
si sunt gressus mei. quia zelaui in peccatori
bus. pacem peccatorum uidens; unde quia
paucorum est tam solida fortitudo. ut nulla
inaequalitatum perturbatione quatiantur.
et multos fidelium non aduersitates tantum. sed
etiam secunda corrumpant. sanandis
uulneribus quibus humana infirmi
tas sauciatur. diligens est adhibenda cura

tio; ideo enim de periculis quibus mundus hic
plenus est. quae tamen breuiter percurri ut dicen
te scriptura. quis gloriabitur castum se habere
cor. aut mundum se esse a peccato. omnes sibi
intellegant delictorum indulgentiam et re
parationis necessariam esse medicinam;
quando autem dilectissimi ad remedia diui
na decurrimus. quia cum ipsa nobis sacramen
ta redemptionis nostrae temporum legere
feruntur. quae ut dignius celebremus.
saluberrime nos quadraginta dierum ie
iunio praeparemur; Non enim hi tantum qui
per mortis Christi resurrectionisque mysterium.
in nouam uitam baptismo sunt regene
rante uenturi. sed etiam omnis populus re
natorum. et utiliter et necessarie praesidium
sibi huius sanctificationis assumunt; illi
ut quae non dum habent accipiant. isti
ut accepta custodiant; dicente namque
apostolo. qui stat uideat ne cadat. Nemo
tanta est firmitate suffultus. ut de sta
bilitate sua debeat esse securus; utamur
igitur dilectissimi. saluberrimi temporis
uenerabilibus institutis. et sollicitiore
cura cordis nostri specula tergeamus; quantum
libet enim caste et sobrie mortalis haec uita
ducatur quodam tamen puluere terrenae
conuersationis aspergitur. et nitorem
tuum ad dei imaginem conditarum. non
ita fumo totius uanitatis alienus est ut
nulla possit sorde fuscari. et non semper

indigeat & poliri; quod si & iam cautissimis
animis necessarium est; quanto illis amplius est
expetendum · qui tota forte anni spatia ·
aut securius aut neglegentius transierunt;
quos caritate debita commonemus ut nihil ideo
sibimet blandiantur; quia nobis conscientie
singulorum patere non possunt cum oculos dei
simul universa cernentis non abdita lo
corum · non pectoris septa secludant;
nec sola ei acta & cogitata · verum & agen
da & cogitanda sint cognita; ista ergo
scientia summi iudicis · ista tremendus
aspectus cui pervium est omne solidum ·
& apertum omne secretum; cui obscura cla
rent · muta respondent · silentium con
fitetur · & sine voce mens loquitur; Ne
mo patientiae bonitatis dei de peccato
rum suorum impunitate contemnat; nec
ideo illum estimet non offensum · quia nec
dum est expertus iratum; non longe sunt morta
lis inducie nec diuturna est licentia
insipientium voluntatum · In aeternarum do
lore transiturae poenarum si diu iusti
tia suspenditur · paenitentie medici
na non queritur; confugiamus ergo
ad presentem ubique misericordiam dei
& ut se in pascha domini digna observan
tia celebretur cunctorum se fidelium corda sci
ficent; mitescat severitas · mansuescat
iracundia; remittant sibi omnes culpas in
vicem suas; nec exactor sit vindicte · qui petitor

veniae; dicentes enim dimitte nobis
debita nostra sicut & nos dimittimus debi
toribus nostris · durissimis nos vinculis inligamus
nisi quod profitemur implemus; unde si ora
tionis huius sacratissimum pactum · non tota
sui conditione servatum est · nunc saltim
conscientiam suam unusquisque cognos
cat & eligens ignoscendo delictis abolitio
nem suorum obtineat peccatorum; dicente namque
domino si dimiseritis hominibus peccata eorum
dimittet vobis & pater vester qui in caelis est; non
longe est ab uno quoque quod poscit cum de be
nignitate supplicis sententia pendeat
iudicantis; qui humanarum precum miseri
cors & iustus auditor · aequitatis sue de
nostra lenitate perscribit · ut non habeat
in eos ius severitatis · quos non invenit &
cupidos ultionis; clementer autem & mites
animos & liberalitas decet; nihil enim est
dignius quam ut homo sui sit auctoris imi
tator · & secundum modum proprie facul
tatis divini sit operis exsecutor; nam cum
aluntur esurientes · vestiuntur nudi · foventur
infirmi · nonne auxilium domini manus explet
ministri; & benignitas servi munus est
domini; qui cum ad effectus misericordie sue
adiutore non egeat · ita suam
omnipotentiam temperavit ·
ut laboribus hominum · per homi
nes subveniret; & merito deo
gratie referentur de pietate

officiis. cuius opera uiderentur in famulis; propt̄ qđ ipse dn̄s discipulis ait; sic luceat lumen uestrum coram hominibus. ut uideant opera uestra bona. magnificent patrem urm̄ qui est in caelis. p xpm̄ dnm̄ nostrum. LXXX

ITEM DE QUADRAGESIMA SERMO BEATI MAXIMI EPISCOPI

AUdistis carissimi sicut euangelica tuba cecinit. dnm̄ ac redemptorē nrm̄ aduersus temptamenta diaboli reluctante quidem uerbis sed spū dimicantē; sermone enī certamē init. sed potestatę maiestate uictoriam; nec sine ingenti mysterio huiusmodi putemus esse conflictū. in quo aut accensus diabolus in uerba prorūpit. aut rerū dns̄ tēptatori suo uerbis nihilominus respondere dignat̄. in his aū omnibus. nr̄ę salutis ratio; p nob̄ saluator esurit. p nob̄ loquit̄. nos in illo uincimus. qui ęc nos ei causa sumus pugnandi; nā quis ambigat unigenitū patris. cui nulla obuiare poterat creatura. p illis inisse certam̄ quorū se carne uestiuit. humani igit̄ corporis forma. hostē callidissimū p dire suasit ad proeliū. quę uerus dī filius. ueri hominis responsione confudit; ppt̄ qđ errabundus & anceps tēptator. mollia suspensaque temptamenta rimat̄; qualia & carnalis uiri speciem contēplaret in xpō. psentia tam diuinitatis eius concitatus suspicabat̄

eū plus esse quā hominem. animabat itaque illū praesumere congressum. partus feminęus. sed terrebat uirginitas parientis. quamuis enim xpm̄ maria. eue utique filia peperiss&. non tam̄ eum conceperat de adam. cū ergo uider& inimicus di filiū tanta p miracula p̄creatum. uoluebat secum uaticinator. atque admirans dicebat; quis iste est qui nascientem e hunc ingressus est in mundum. noui quidem quia de feminę natus est. sed nescio unde conceptus. adstat & enat̄. sed patrem inuestigare non possū; partum uideo. sed non agnosco nascentē; & qđ sēp ori meo adcreuerit. in consu&a lege pariendi. & iā edito filio. mater exultat ut uirgo; etiā ac& in cunabulis paruulus. suffundit lacrimis uultum. similemq; se esse mortalium uagitib; p̄dit; & cū nihil ei de infantia desit nulla tam̄ illi est uelud in infante corruptio; pannis obsitus sord&. sed caelū illi radio stellę lactioris ac claridi&. atque in honore ipsius ministrant ei angeli. int̄ sidera terrasq; ē cursus. & exultantes adnuntiant quā nō intellego nouitatē. quid hoc miraculi est. uideo. quod eū uertere nequeo. audio. qđ sustinere non possū. ut homo nascatur honoratur ut dš. a seculis nūquā mihi hoc contigit. ut quisquā nasceretur homo. & humani uitii nihil haber&. quę haec tā noua potensque